



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 12. Aretius, & Westphalus mortui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1574.

§. XI.

Joachimi Camerarii interitus.

Jer. Soch-
nus narrat.
de vita Jo-
ach. Camer.
Bossuet. va-
riat. tom. 2.
p. 274.

Inter Theologos Protestantes hoc anno
vivis erectos celebrior erat Joachi-
mus Camerarius in Franconia Bamber-
gæ Germaniæ urbe Anno Domini mil-
lesimo quingentesimo die duodecima
Aprilis ex nobilibus quidem, tenuis au-
tem fortunæ parentibus natus. Hic vi-
tam Philippi Melanchtonis, quocum
semper arctam amicitiam fovebat, poste-
ris reliquit, ejusdemque Authoris epi-
stolas ad nos transmisit: scripsit etiam
Historiam Valdensium, ediditque ex
diversis Diæcesibus Episcoporum Cata-
logum: hunc Scriptorem illustrios
Principes sua benevolentia dignaban-
tur, præcipue vero Carolus V., & Ma-
ximilianus II. Imperatores, nam Ca-
merarius Norimbergæ, Tubingæ, &
Lipsiæ non sine magno applausu publi-
ce literas tradidit, periiit autem die
decima septima Aprilis Anno restaura-
tæ salutis millesimo quingentesimo se-
ptuagesimo quarto postquam septuage-
simum quartum ætatis suæ annum una-
cum septem diebus expleverat.

§. XII.

Aretius, & Westphalus mortui.

Poff

Post Camerarii obitum decefferat Be-
nedictus Aretius Calvinistarum Mi-
nistellus, & Bernæ apud Helvetios na-
tus, ubi etiam die vigesima secunda
Aprilis ætate minime proiectus animam
evomuit. Is Marpurgi Philosophiam,
ac Bernæ Theologiam professus edidit
quemdam in novum Testamentum com-
mentarium, atque examen Theologi-
cum, necnon locos communes, quibus
titulus: *Problemata sacra*.

Sæcul XVI.
A.C. 1574.

*Adam in vit.
Germ Theol.
Teissier ad-
dit. aux elo-
ges de sca-
vans de M.
de Thou.*

Eodem hoc anno pariter Joachimus
Westphalus secta Lutheranus Hambur-
gi natus obiit, quem ejusdem furfuris
homines tanquam doctum Theologum
deprædicant, quamvis eum Calvinus
circa Sacraenta acri calamo perstrin-
geret, parique vehementia Beza illum
impugnare pergeret: utrumque tamen
Westphalus refellebat, atque inter alia
opera elucubrabat quasdam de perni-
ciosa Religionis varietate epistolas, nec-
non vigentem in Saxonis Ecclesiis fir-
dei confessionem, præter epistolam, in
qua ad Calvini injurias respondit: edi-
dit quoque ejusdem mendaciorum con-
futationem, ac tractatum de operibus
&c: insuper ad stabiliendam, prout di-
cunt, Ubiquitatem contra Melanchto-
nem omnes suas vires impendebat.

Q 5

§. XIII.